

IMP. IOVIANVS A.<sup>1)</sup> 364.

<sup>1)</sup> Iovianus cum obierit a. 364 die XI k. Mart., duarum constitutionum, quibus eius nomen Theodosianus praescribit, quas bis ponimus et sub nomine Ioviani et sub Valentiniano et Valente secundum ordinem dierum, certe posterior (prioris dies videtur corruptus esse) simili ratione ad eum trahitur, qua anni 363 extremas vidimus dari Iuliano. Pleraque tamen anni eius adscribuntur Valentiniano et Valenti.

364 IOVIANO A. ET VARRONIANO CONSS.

364	XI k. Mart.	dat. [p̄p̄] Antiochiae	Secundo p̄p̄o	9, 25, 2
364	V k. Oct.	Aedesae	Secundo p̄p̄o	7, 4, 9

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS 364—367.

‡ signum indicat cum Valentiniano et Valente nuncupari Gratianum. Is creatus Augustus a. 367 a. d. VIII k. Sept. antea nominari non debuit; at cum constitutiones subscriptionem habentes *Valentiniano et Valente cons.* et a nobis sub a. 365 compositae magna ex parte pertineant ad consulatus iteratos, secundum a. 368, tertium a. 370, quartum a. 373, passim in laterculo iam ante illum diem reperies constitutiones habentes modo recte modo perperam nominatum Augustorum, ibi praesertim ubi Gratianus utpote consul a. 366 subscriptione nominatus librariorum de se admonuit. E contrario in subscriptionibus a. 367 *Lupicino et Iovino cons.* tres tantum constitutiones inscriptionibus Gratianum inserunt.

364 DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

Iovianus obiit d. Febr. 16 Dadaastanae in Bithynia; eligitur imperator Nicaeae Valentinianus Febr. 26; Nicomediam ingressus est Mart. 1; Constantinopoli die Mart. 28 fratrem Valentem sibi adscivit imperii consortem (Ammianus 26, 4, 3); inde procedunt Naissum (l. c. 26, 5, 1), hinc Sirmium (l. c. 26, 5, 4); denique Valentinianus Mediolanum venit, Constantinopolim Valens (26, 5, 4) ibidemque hiemantes consulatum a. 365 inierunt (l. c. 26, 5, 6). — Subscriptiones ut numero multae sunt, ita difficile explicantur. Inscriptiones duae Febr. 19 et Sept. 27 Iovianum nuncupant, reliquae incipientes a Ian. 11 Valentinianum et Valentem; utrumque genus quamquam veris temporibus contrarium inde explicandum erit, quod compilatores annis singulis inscriptiones singulas praeposuerunt easque saepe perversas. Sed praeterea loci adscripti magna ex parte, ut annus in plerisque verus sit (id quod propterea crediderim, quod fere non nominantur nisi quos probabile sit ab altero utro imperatore eo anno aditos esse), in mensibus a traditis et probabilibus longe recedunt, ita ut iis retentis ordo efficiatur vere nullus. Eiectia locis, quos hoc anno neuter imperator adiit, Roma Arelate Treviris, eiectis item iis, quos constat pertinere ad Valentem, Nicomedia Ancyra Antiochia, non improbabile est iter Valentiniani tale fere fuisse: Constantinopolis — Hadrianopolis — Philippopolis — Bona mansio (inter Philippopolim et Serdicam, itin. Hierosolym. p. 567) — Serdica — Naissus — Sirmium — Emona — Aquileia — Altinum — Verona — Mediolanum; mensibus iis, qui cum hoc itinere pugnant, tam infra quam ad ipsas leges signum dubitandi adscriptum est.

364	III id. Ian. [?]	. . . . .	Mamertino p̄p̄o [Italiae]	13, 3, 6
364	prid. non. Febr. [?]	Mediolano	Caesario com. r. pr. [Occ. ?]	10, 1, 8
364	prid. non. Febr. [?]	Mediolano	ordini civitatis Karthagini	I 11, 30, 32 II — 11, 36, 15
364 (Ioviani)	XI k. Mart.	dat. [pp.] Antiochiae	Secundo p̄p̄o [Orientis]	9, 25, 2
364	[V]III id. Mart. [?]	Hadrianopoli	Ampelio proconsuli Africae	13, 5, 10
364	prid. id. Mart. [?]	Mediolano	Menandro	8, 5, 17